

9. Ecclesiæ Romanæ elogium ad hodiernam Romanam non pertinet, v. 8. Contra Pontificios.
10. Evangelium est potentia salutifera, nec physica, nec moralis, sed hyperphysica, v. 15. Contra Pontificios, Calvinianos, Enthusiastas.
11. Justus ex fide vivit, ut infans ex ore lactifugo. Ex fide autem propria & justificante, v. 16. Contra Pontificios.
12. Dari aliquam notitiam Dei naturalem, palam est è v. 19. Contra Photinianos.
13. *Εἰκονοποιία* licita, *εἰδωλοποιία* vetita, v. 23. Contra Calvinianos & Pontificios.
14. Traditio in peccata judiciaria est non causativa, v. 24.

DISPUTATIO II.

Aphorismi ex Capite II.

1. Ignorantia viæ salutis in novissimo die neminem excusabit, sed ipsa potius damnabit, v. 1.
2. Cavillatorie judicio Dei secundum veritatem, justitiam imputatam, opponit *Adam*, *Conzen* Comment. in h. l. pag. 107. v. 2.
3. Voluntas Dei conversiva hominum universalis est & seriva, v. 4.
4. *Ἀπόδοσις* secundum opera, salutem ex operibus nequaquam firmat. v. 6.
5. Est autem omnino DEUS *προσωπολήπτης* in Schola Calvinii, Bezae, Piscatoris, v. 1.
6. Gentilibus salutem abjudicat Apostolus, v. 1.
7. Legis servandæ *δύναμις*, aut justificationem ex lege, non probat, v. 13.
8. Opus legis scriptum in cordibus, notitias innatas, non demum foris acquisitas, valide confirmat, v. 14. & 15.
9. Nec circumcisio, nec baptismus duplex est, alius internus, alius externus in sensu Calviniano, v. 28.

DIS-